

Penitencia ai cum fonte primo

Fugite, inquit, de medio Babilonis et saluate animas uestras. Conuolate ad urbes refugii ubi possitis et de preteritis agere penitenciam et in presenti obtinere graciam et futuram gloriam fiducialiter prestolari.

Non uos retardet conscientia quia ubi peccata habundauerunt, superhabundare consuevit et gracia, nec penitencie austera^s ipsa deterreat. Nec enim condigne sunt passiones huius temporis ad preteritam culpam que remittitur, non ad presentis consolationis gratiam que immittitur, non ad futuram gloriam que promittitur.

Si uerbis non creditis, operibus credite, exemplis acquiescite plurimorum. Currunt undique peccatores ad penitenciam et natura pariter et consuetudine delicati,

nil credentibus impossibile, nil amantibus difficile, nil asperum mitibus, nil humilibus arduum reperitur quibus et gracia sit in auxilium et obediendi deuotio lenit imperium.

Bernardus in quodam sermone.

Fugite de medio Babylonis, fugite et salvate animas vestras. Convolate ad urbes refugii, ubi possitis et de praeteritis agere paenitentiam, et in praesenti obtinere gratiam, et futuram gloriam fiducialiter praestolari.
Non vos retardet conscientia peccatorum, quia ubi illa abundaverunt, superabundare gratia consuevit. Non paenitentiae austera^s ipsa deterreat: neque enim condigne sunt passiones huius temporis ad praeteritam culpam, quae remittitur; non ad praesentem consolationis gratiam, quae immittitur; non ad futuram gloriam, quae promittitur
nobis. Denique nulla est tanta amaritudo, quam non prophetica farina dulcoret, quam non sapidam reddat sapientia, lignum vitae.

Si verbis non creditis, operibus credite, exemplis acquiescite plurimorum.
Currunt undique peccatores ad paenitentiam, et natura pariter et consuetudine delicati
exteriorem omnino asperitatem non reputant, ut exasperatae conscientiae leniantur.
Nihil credentibus impossibile, nil amantibus difficile, nil asperum mitibus, nil humilibus arduum reperitur, quibus et gratia fert auxilium, et oboediendi devotio lenit imperium.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo de conuersione ad clerros (textus longior)*, 37-38 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.113-14, ll.16-22, 1-8).